EAH6A.80

26

BX1757
.P86
1759
c.1

1080044471

R. P. F. FELICIS POTESTATIS

EXAMEN ECCLESIASTICUM,

CUM NOVIS ADDITIONIBUS NUNQUAM ANTEA EDITIS.

46510

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
19 ENE MICROFILMADO R-39

R. P. F. FELICIS
POTESTATIS
PANORMITANI

Ordinis Minorum S. Francisci de Obſervantia Miniſtri Provincialis, Lectoris Jubilati, & S. Officii Conſultoris, &c.

EXAMEN ECCLESIASTICUM,

In quo univerſæ Materiæ Morales, omneſque fere Caſus Conſcientiæ excogitabiles, ſolide, ac perſpicue reſolvuntur;

CUM DENUNCIATIONIBUS AD MONITORIA, ATQUE EDICTA;

Necnon Instructione Sacræ Pœnitentiariæ, Propoſitionibus damnatis, Examine Ordinandorum, & Arte Prædicandi.

Opus non tantum Confessariis, ac Poenitentibus, verum etiam Prædicatoribus, Ordinandis, Missionariis, cunctisque Ecclesiasticis summopere utile, ac necessarium.

IN HAC NOVISSIMA EDITIONE

Accedunt ſuis quæque locis inſertæ plures Additiones numquam antea editæ, Romanorum Pontificum, & præſertim Benedicti XIV. Conſtitutiones ad Theologiam Moralem pertinentes, Propoſitiones aliquæ recenter ab iiſdem Romanis Pontificibus damnatæ, atque in calce operis Appendix Theſium Queſnellianarum.

VENETIIS,

MDCCLIX.

Ex Typographia Remondiniana.

SUPERIORUM PERMISSU.

B-1757
986
1759

TYPOGRAPHUS
AD LECTOREM
PRO HAC NOVISSIMA EDITIONE.

POſtquam magni nominis, & molis non exiguæ Theologi plures novis omnes, luculentiſſimiſque additionibus illuſtrati e meis typis prodiere, unum aliquem proferre cogitabam, qui doctrinæ præſtantia cæteros quidem æquaret, ſed parva mole ſua eſſet ſimul emptorum omnium utilitati magis accommodatus. Hæc mecum reputanti opportune occurrit Felicis Poteſtatis Panormitani Theologi Examen Eccleſiaſticum. Opus iſtud, ſi voluminis magnitudinem ſpectes, breve quidem eſt, & exiguum; ſed ſi materias, quas continet, rerumque, quas ſatis enucleate pertractat, ubertatem & copiam diligenter inſpicias, amplum illud jure optimo nuncupari poteſt; vix enim caſus aliquis practicus ad quamcumque materiam pertinens excogitabitur, qui non ab illo affatim, ſolideque reſolvatur. Quanto vero in pretio a Scientiæ Moralis Profeſſoribus habeatur, ſupervacaneum eſt hic commemorari; hoc enim innumeræ propemodum illius editiones ſatis ſuperque demonſtrant. Cum autem in novis recudendis operibus hoc mihi ſemper propoſuerim, ut editiones meæ aliquam ſupra anteactas ceteras habeant utilitatem atque præſtantiam, idem de hac faciendum curavi. Primum quidem cum animadverterem reliquas fere omnes hujuſce operis editiones infinitis, iiſque tam gravibus mendis ſcatere ut plurimis in locis non verba ſolum, ſed etiam ſententiæ fœdarentur, & nonnumquam auctoris ſenſus prorſus inverteretur, omnem curam adhibui, ut quoad fieri poſſet, emendatum prodiret. Plura quoque adjicienda curavi ad auctoris doctrinam vel illuſtrandam vel etiam emendandam, ſi quo in loco indigere cogno-

vi, atque Additionum titulo prænotavi. Propoſitiones aliquas quæ a Romanis Pontificibus damnatæ ſunt poſtquám Auctoris opus in lucem prodiit, nec non eorumdem Pontificum, ac præſertim Benedicti XIV. Conſtitutiones ad rem moralem pertinentes ſuis locis inſerui. Denique in calce operis appendicem Theſium Queſnellianarum opportune appoſui. Diligentiam hanc meam, amice Lector, haud tibi ingratam fore confido; quod ſi perſpexero, ad alia alacrius ſuſcipienda animum ſuppeditabit. Vale.

AD LECTOREM

PRIMUS EDICTOR.

INgemiſce, pie Lector: non enim ſiccis oculis hujus voluminis paginas, in quibus ejus Auctoris memoria tibi obvia occurret, tranſilire valebis. lacrymare quam in tanti viri funere paſſa eſt Felix Civitas infelicitatem, ac Trinacria tota jacturam. Felix nomine, Felix moribus, Felix ingenio, in aliorum utilitatem ſemper ſcribendo feliciter laboravit; nec unquam labori defuit animus, ſed defuit anima, laborum præmium in Cœlis (ut pie creditur) acceptura. Quamquam enim Examini Eccleſiaſtico jampridem in lucem edito diutius elaboraſſet, cum tamen adhuc in dies ille, qui nullum diem ſine linea prætermiſit, alia, quæ ibi non tetigerat, multa perlegeret, multaque ipſi, ſucceſſu interjecti temporis, quæ reſolutione indigebant, ad aures perveniſſent, ne quid ampliſſimo operis titulo intus deeſſet, quod dubiam mentem in reſolvendo poſſibiles caſus relinquere poſſet; de explenda omni tua pia curioſitate ſollicitus, eidem amplificando ſtudioſius inſudavit, & veluti apis ingenioſa, ex omnibus floribus, quos, nedum in Moralium, verum & Canoniſtarum ſpatioſiſſimis campis, reperire potuit, ut pro viribus, brevitati ſimul, ac utilitati ſtudioſorum conſuleret, ſuccum collegit, favumque uberiorem emiſit. Hinc idem Examen, jam in duo parva volumina partitum, in unum, ſed novis caſibus, aliiſque diverſis materiebus maxime adauctum, necnon ſacris Canonibus, principiiſque Theologicis pinguius refertum, tandem redegit, quo modo nunc tibi denuo prodit in lucem. Opus, ſi ea omnia, de quibus in ipſo agitur, aſpicias, breve eſt, ſed minime abbreviatum; imo copioſius, quæ in multiplicatis magniſque tum veterum, tum recentiorum voluminibus conſcribuntur, omnia continens; in ipſo enim omnes pene excogitabiles caſus practicos morales ad quamcumque materiam ſpectantes, nec nimis arctando, nec nimis relaxando, fideliter, ac ſolide reſolutos invenies: nam haud novitatis, vel vanitatis amator, ſed veritatis, paleas excuſſit, frumentum purum elegit. Igitur gratanter accipe, quod anhelanti animo cupiebas: nec dubites ob funeris eventum, totum eſſe Auctoris quidquid in opere reperitur; hujus enim operis complementum fuit ſuæ conſummationis initium; & cum finem huic Examini feciſſet, laudemque Deo ſcripſiſſet, poſtridie in febrim incidens, ad alterius ſæculi Examen ſe diſpoſuit, ad quod vocabat Divina Majeſtas. Hinc ſecuriter opus tene, ipſi ſedulo incumbe, attenteque perlege, & proculdubio univerſam Moralem ſcientiam poſſidebis. Vale.

INDEX CAPITUM
PRIMI TOMI.

De Examine Conſeſſariorum.

Litt. P, *paginam*; N, *numerum marginalem deſignat*.

PARS I.

De regula actuum humanorum.

CAP. I.

De conſcientia regula interna actuum humanorum. Pag. 7

CAP. II.

De Legibus, & Præceptis in genere. p. 16

PARS II.

De Decem Præceptis Decalogi.

DE PRIMO PRÆCEPTO.

CAP. I.

De Religione. pag. 26

CAP. II.

De tribus Virtutibus Theologicis. *ibid.*

CAP. III.

De Horis Canonicis. pag. 37

CAP. IV.

De Sacrilegio. pag. 44

CAP. V.

De Monialibus. pag. 105

CAP. VI.

De Reliquiis. pag. 112

CAP. VII.

De Tentatione Dei. pag. 113

DE II. PRÆCEPTO DECALOGI.

CAP. I.

De Blaſphemia. pag. 113

CAP. II.

De Juramento. *ibid.*

CAP. III.

De Voto. pag. 128

DE III. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 138.

DE IV. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 143.

DE V. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 147.

DE VI. IX. & X. PRÆCEPTO DECALOGI. p. 151

DE VII. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 162.

CAP. I.

De Juſtitia & Jure. *ibid.*

CAP. II.

De Contractibus. pag. 166

CAP. III.

De Furto. pag. 188

CAP. IV.

De Reſtitutione. pag. 191

DE VIII. PRÆCEPTO DECALOGI. pag. 192.

PARS III.

De quinque Præceptis Eccleſiæ.

DE I. PRÆCEPTO. pag. 203

DE II. PRÆCEPTO. pag. 204

DE III. PRÆCEPTO. pag. 217

DE IV. & V. PRÆCEPTO. pag. 220

PARS IV.

DE SACRAMENTIS.

CAP. I.

De Sacramentis in genere pag. 221

CAP. II.

De Baptiſmo. pag. 223

CAP. III.

De Confirmatione. pag. 226

CAP. IV.

De Pœnitentia. *ibid.*

CAP. V.

De Miniſtro Sacramenti Pœnitentiæ. pag. 241.

CAP. VI.

De Peccatis. pag. 283

CAP. VII.

De ſeptem vitiis capitalibus. pag. 288.

CAP. VIII.

De Indulgentiis. pag. 289

CAP. IX.

De Jubilæo. pag. 294

CAP. X.

De Bulla Cruciatæ. pag. 295

CAP. XI.

De Extrema Unctione. pag. 301

DE MATRIMONIO.

CAP. I.

De Sponſalibus. pag. 302

CAP. II.

De Matrimonio ſecundum ſe. pag. 304.

CAP. III.

De conſenſu conditionato. pag. 305.

CAP. IV.

De ſolemnitatibus Matrimonii. *ibid.*

CAP. V.

De impedimentis Matrimonii. pag. 308.

CAP. VI.

De Diſpenſationibus. pag. 322

CAP. VII.

De Matrimonio invalido revalidando. pag. 329.

CAP. VIII.

De indiſſolubilitate Matrimomonii. *ibid.*

CAP. IX.

De impedimento actus conjugalis ex voto. pag. 330.

CAP. X.

De Divortio. pag. 331

CAP. XI.

De debito conjugali. pag. 332

CAP. XII.

De uſu Matrimonii, & aliis obligationibus conjugalibus. pag. 333

PARS V.

DE CENSURIS, & POENIS.

CAP. I.

De Cenſuris. pag. 335

CAP. II.

De Pœnis irregularitatis. pag. 341

INDEX CAPITUM SECUNDI TOMI.

De Denunciationibus.

PARS I.

De Denunciationibus faciendis ad monitoria Papæ, & Epiſcoporum.

CAP. I.
De Superioribus, qui poſſunt monitoria edere. pag. 353

CAP. II.
De illis, qui ex vi monitorii denunciare tenentur. pag. 355

PARS II.

De Denunciationibus faciendis ad edicta Inquiſitorum.

CAP. I.
Affertur edictum univerſalis Inquiſitionis Romanæ. pag. 373

CAP. II.
Affertur edictum DD. Inquiſitorum Regni Siciliæ. pag. 374

CAP. III.
De virtute edicti Inquiſitorum. p. 377

CAP. IV.
De Perſonis, quæ ex vi edicti denunciare tenentur. pag. 378

CAP. V.
De Perſonis, quæ denunciari debent. p. 380

CAP. VI.
De delictis ad ſanctum Officium ſpectantibus. pag. 383

CAP. VII.
De libris prohibitis. pag. 392

CAP. VIII.
De Excommunicatione Bullæ Cœnæ contra legentes, retinentes, &c. libros hæreticorum. pag. 397

CAP. IX.
De legentibus libros hæreticorum. p. 401

CAP. X.
De Retinentibus libros hæreticorum. p. 402

CAP. XI.
De Imprimentibus libros hæreticorum. pag. 403.

CAP. XII.
De Defendentibus libros hæreticorum. pag. 404.

CAP. XIII.
De Libris prohibitis comburendis, aut expurgandis. *ibid.*

PARS III.

De Denunciationibus faciendis pro Confeſſariis ſollicitantibus.

CAP. I.
De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confeſſarios ſollicitantes. p. 406

CAP. II.
De prima clauſula. *Omnes & ſingulos Sacerdotes.* pag. 408

CAP. III.
De ſecunda clauſula. *Perſonæ, quæcumque illæ ſint.* pag. 409

CAP. IV.
De tertia clauſula. *Ad inhoneſta.* *ibid.*

CAP. V.
De quarta clauſula. *Sive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet perpetranda.* pag. 410

CAP. VI.
De quinta clauſula. *In actu Sacramentalis Confeſſionis, ſive ante, vel poſt immediacte.* *ibid.*

CAP. VII.
De ſextâ clauſula. *Seu occaſione, vel prætextu confeſſionis hujuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſecuta.* pag. 411

CAP. VIII.
De ſeptima clauſula. *Sive extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario.* pag. 413

CAP. IX.

CAP. IX.
De octava clauſula. *Aut in loco quocumque, ubi confeſſiones Sacramentales audiantur, &c.* pag. 414

CAP. X.
De nona clauſula. *Sollicitare, vel provocare tentaverint.* pag. 416

CAP. XI.
De decima clauſula. *Aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint.* *ibid.*

CAP. XII.
De undecima clauſula. *Mandantes omnibus Confeſſariis, ut ſuos pœnitentes moneant de obligatione denunciandi, &c.* p. 420

CAP. XIII.
De duodecima clauſula. *Quod ſi hoc officium prætermiſerint, &c.* pag. 425

CAP. XIV.
De qualitate delicti ſollicitationis, pag. 426.

INDEX CAPITUM TERTII TOMI.

De Examine Ordinandorum, Prædicatorum, & Miſſionariorum.

PARS I.

EXAMEN ORDINANDORUM.

CAP. I.
De Sacramento Ordinis. pag. 427

CAP. II.
De Sacroſancto Sacrificio Miſſæ. pag. 439

PARS II.

EXAMEN PRÆDICATORUM.

CAP. I.
De cauſa efficiente ſacræ concionis. pag. 461.

CAP. II.
De cauſa finali. pag. 461

CAP. III.
De cauſa materiali. *ibid.*

CAP. IV.
De cauſa formali. pag. 465

PARS III.

Examen Miſſionariorum. pag. 468

Appendix Variarum Propoſitionum ab aliquibus Summis Pontificibus damnatorum. pag. 470.

Appendix Theſium Queſnellianarum. pag. 482.

NOI

NOI RIFORMATORI
dello Studio di Padova.

Concedemo Licenza a *Gio: Battiſta Remondini* Stampator *di Venezia* poter riſtampare il Libro intitolato; *Felicis Poteſtatis Examen Eccleſiaſticorum; &c.* oſſervando gli ordini ſoliti in materia di Stampe, e preſentando le Copie alle Publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 3. *Giugno 1759.*

(*Gio: Emo Procur. Riſor.*

(*Z. Alviſe Mocenigo Riſor.*

(*Marco Foſcarini Cav. Procur. Riſor.*

Regiſtrato in Libro a Carte 9. al Num. 52.

Gio: Girolamo Zuccato Segr.

EXAMEN CONFESSARIORUM.
TOMUS PRIMUS.

Complectens Conſcientiam, Leges, Inſtructionem S. Pœnitentiæ, Præcepta Decalogi & Eccleſiæ, Sacramenta, Cenſuras, Pœnas, in quibus, plura de Monialibus; & Propoſitiones ab Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. damnatas;

Quæ prius hic, tamquam totius Operis Speculum ad labes delendas, afferuntur; deinde in propriis locis trium Tomorum rejectæ citantur.

Quorum locorum Indicem habes in fine Tomi Tertii.

1. PROPOSITIONES 45. AB ALEXAND. VIII. DAMNATÆ

Feria V. Die 24. Septembris 1665.

In Congr. Gen. S. Rom. & Univ. Inquiſ. habita in Palatio Apoſt. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro Divina Provid. Papa VII.

Sanctiſſimus D. N. audivit, non ſine magno animi ſui mœrore, complures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum ſuſcitari, partim noviter prodire: & ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere, per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino ab Evangelica ſimplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem ſi pro recta regula fideles in praxi ſequerentur, ingens eruptura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam ſalutis, quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam eſſe definivit, in animarum perniciem dilatari, ſeu verius perverti contingeret, idem SS. D. N. ut oves ſibi creditas ab ejuſmodi ſpatioſa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro paſtorali ſollicitudine in rectam ſemitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deinde Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Gener. Inquiſ. ſerio commiſit. Qui tantum negotium ſtrenue aggreſſi, eique ſedulo incumbentes, & mature diſcuſſis uſque ad hanc diem infraſcriptis propoſitionibus, ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim expoſuerunt.

1 Homo nullo unquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia aſſerens, Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Trid. in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Junii in Conſiſtorio S. Congr. Eminentiſs. Card. viſa, & tolerata eſt.